

datum intelligam, verumtamen magnitudo rei curaue regendi¹ opulentissimi imperii, belli pacisque munera amplissima obire² in eam me sententiam vocant, ut plane eum, qui melius regia munera impleat, regno praeficiendum ac in regem ungendum putem. Verum si Childericus ad divina religionis studia pacataeque vitae mores pronior videatur, illum quamprimum sacris initiandum militiaeque nostrae adscribendum censeo.

4. Gregorius III. Roman[us] pont[ifex] Pipino Francorum regi.

Saepe per litteras nunciosque petii ab imperatore Constantino, ut Romanam urbem atque adeo Italos omnes e manibus Aistulphi regis vendicaret. Qui cum Romanis omnibus necem, cruciatus excidiumque interminari soleat, propediem futurum est, ut de omnium salute desperemus. Desunt nobis legiones domi, consilium, pecuniae. Hoc tantum nobis superest, ut abs te Christiano invicto rege praesidia expectemus, cuius pietas, magnitudo animi militarisque disciplina ea est, ut facile nobis pacem, tibi victoriam et gloriam omniaque imperia aliquando parent³. Ergo primo quoque tempore laboranti urbi Italięque accurras et precibus et lacrymis abs te petimus.

5. Pipinus Francorum rex Gregorio III. Rom[ano] pont[ifici].

Cum salus tua Romanaeque urbis agatur, quae non sine scelere imp[eratoris] negligi videtur, optimum apprimeque necessarium visum est, ut dum militum delectus habetur eaque parantur quae ad conficiendum bellum opportuna sunt, iniuriae hostium te subtrahas ad nosque in Galliam quam primum contendas. Habes delectos viros, quibuscum tuto ad nos accedas. Totam rem maturius coram agemus. Hoc nobis facere gratius nihil potes cognoscasque nullum te mihi chariorem.

Zu seiner Zeit durfte Torrigio die Briefe immerhin für echt halten, heute erkennt man sie leicht als Fälschungen. Denn um Anderes bei Seite zu lassen, der Stil verräth ohne Weiteres, dass sie von einem Schreiber herrühren. Der Merovingerkönig rühmt an seinem gothischen Collegen *rerum gestarum gloriam*, und Papst Gregor III. macht Karl Martell das Kompliment, dass er *rerum gestarum gloria* hervorrage; Beide geben dann der ewigen Stadt das Prädikat *praeclarissima* (n. 1. 2). Nach Zacharias glänzt Pipin: *rei militaris scientia magnitudineque animi*, und auch von einem folgenden Papste wird Pipins *magnitudo animi militarisque disciplina* gerühmt

1) 'gerendi'. 2) 'obire' giebt doch keinen Sinn; 'obiter' in der Bedeutung: 'zugleich' möchte angehen. Vgl. aber auch S. 163, Zeile 7. 3) 'parent'.